



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXIII. Vireis superaddit, & longiorem uitam monaco pietatis  
regina efficit; qui morbo, ac senio ferè confectus erat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

*Vireis superaddit, & longiorem vitam monacho pietatis regina efficit; qui morbo, ac senio ferè confectus erat.*

**I**N Britannia monachus sanctitate insignis, ubi Virginem audiebat nominari, genib. innixus, augustissimum illud nomē sanctissimè colebat. Is quia propter aetatem, & ingravescentem morbum, lecto tenebatur, nec corpus quoquam dimovere, aut erigere poterat; ministri adesse solebant, quorum opera in ijs, quae usui essent, uti posset. Aversam illā a erumnā aequo animo ferebat. Forte omnes aberant; & ipse, post oblatas solitas preces, licet obnixè, ac summa vi adsurgere contenderet; non tamen potuit. Itaq. hunc sermonem habere institit: *o Virgo dulcissima, ne me deferas, mihi sis a diutrix. Virgo pijs auribus eius preces accipiens, plurib. secum Virginib. adductis illuc repente accurrit. aderant unā duae pulcherrimae puellae; quae ipsum in lecto prostratū, ita exulerunt; ut, adeptis virib., lactus Virgini obuiā processerit, eiusq. genib. aduolutus gratiarum agendarū nulla satietate capi posset. Neq. uerò liberalissimae Virginis munificentiae, quae ubiq. patet, hoc factis uisum est: effecit. n., ut ille triginta annis iunior esset, quàm erat; & detractis ei triginta ex illis annis quos iam impleuerat, illum, qui iā senio, & annis obfusus erat, in florenti aetate, constituit. tanto beneficio à Virgine affectus, ab omnib. obseruabatur; ac digito monstrabatur. Is beneficij memoriam, toto eo tempore,*

pore,

pore, quod Virginis liberalitate accesserat, purè, ac sanctissimè coluit.

## MIRAC. VIRG. XXXV.

*Regis Pannoniae frater aduersa ualetudine tentatus, facto castitatis uoto, statim conualescit; & tandem uotum persoluit.*

**D**VM Carolus Gallorum rex imperaret, regis Pannoniae frater tanta erga Virginem religione animum suum deuinxerat; ut nunquam ullum cibum capere uisus sit, nisi priùs eius laudes, hymnos, & cantica; ab Ecclesia sacrosancta instituta recensuisset. Forte molesta ualetudine tentatus, uotum castitatis suscepit; qui postea aedibus splendidissima luce repente effulgentibus, planè conualuit. fratre rege mortuo, eorum, qui in illa prouincia primores erant, hortatu, de uxore ducenda agere incepit; ne Pannonijs rege carendum esset. Iam n. exacta penitus stirpe regia, nemo erat praeter ipsū, qui regni munia obire posset. Animum ergo ad uenustam adolescentulam, quae liberali forma, & aetate integra erat, adiiciens, nuptias apparari iussit. Facto in sacra aedem maximo concursu populi, ut sacrosanctis ecclesiae institutis, & ceremonijs nuptiae stabilirentur; iuueni ad memoriam redactum est, à se non cumulare, uti solitus erat, precationis muneri satisfactū fuisse. Quapropter statim, nihil morans, piaë obsecrationi operam dare incepit. Recitanti autem illa uerba, PVLCHRA ES, & decora, ipsa regina sole,